

num munus eligitur, nisi ex hoc Collegio. Magnum etiam quæstum faciunt scriptiõibus in amicorum gratiam condendis. Hujusmodi sunt epitaphia, inscriptiones, ac similia, quæ omnes ab iis certatim impetrare gestiunt; quæque hoc solo nomine, quia ab illis proficiscuntur, elegantissima habentur. Examinibus demum Licentiatorum & Doctorum (à quibus pro Magistris habentur, & muneribus donantur) præfides sunt & arbitri.

Hi omnes Pequinensis aulæ Magistratus, exceptis Colais, Nanquini quoque reperiuntur, sed inferiores omnino ex Regis absentia. Hujus rei causam banc fuisse scribunt. Humvus regni sedem Nanquini fixerat. Eo mortuo, è nepotibus ejus unus *Yunlo* dictus, qui in Borealibus provinciis cum exercitu regni fines à Tartaris recens pulsus cum Reguli dignitate tuebatur; is, inquam, cum adverteret

Hum-